

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4970

Auteur(s) : André le Danois, de Léry [particulier]

Bénéficiaire(s) : Pont-de-l'Arche, Notre-Dame de Bonport (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1279, 9 janvier

Lieu d'émission : Thuit-Signol

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

André le Danois vend aux religieux de Bonport toutes les dîmes qu'il possédait au Thuit-Signol et à Saint-Pierre-des-Cercueils.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissey, 1862, n° CCCVI, p. 314-315.

Texte établi d'après a

Noverint universi, presentes et futuri, quod ego Andreas dictus Danais de parrochia de Leriaco, vendidi et concessi et omnino dereliqui viris religiosis abbati et conventui de Bono Portu omnes decimas, quocumque nomine censeantur, quas habebam seu habere poteram in parrochia de Tuyto Signol, vel etiam in parrochia Sancti Petri des Sarquels, si quas ibidem habeam vel habiturus sim et omne jus, proprietatem et dominium ad me vel heredes meos quoquo modo spectancia vel spectanda, in ipsos religiosos penitus transferendo : tenendum et habendum et imperpetuum possidendum dictis religiosis et eorum successoribus, libere, pacifice et quiete, absque ulla mei vel heredum meorum de cetero reclamatione. Et sciendum est quod ego predictus Andreas et heredes mei dictis religiosis et eorum successoribus omnes predictas decimas tenemur et tenebimus contra omnes gentes, ad usus et consuetudines patrie, garantizare et deffendere et ab omnibus impedimentis, sumptibus nostris propriis, deliberare et acquitare, et omnia deperdita seu dampna ipsorum que defectu nostro sustinuerint vel contigerit sustinere plenarie restaurare, vel in nostra propria hereditate, videlicet super omnes redditus meos quos habeo et percipio in parrochia supradicta de Tuyto Signol, quos redditus non potero dare, vendere, aut aliquo modo alienare sine dictorum religiosorum licentia speciali. Et hac hec relinquo heredes meos in posterum obligatos. Pro hac autem venditione et concessione dicti religiosi quinquaginta quinque libras monete currentis michi dederunt, de quibus me teneo pro pagato. In cuius rei testimonium et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi.

Actum anno Domini M^o CC^o LXX^o octavo, dominica post octabas Epyphanie (l. post Epiphaniam).

Teste parrochia de Tuito Signol.